



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 48. Origo Dissensionum inter Paulum II. & Ferdinandum Neapolis Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. partes tuebantur, Malatestam vero Ferdinandus Neapolis Rex, Galeatius Mediolanensium Dux, necnon Florentini pro viribus propugnabant. Papiensis criminis loco habet, quod Ferdinandus Malatestæ partes adversus Ecclesiam tuendas suscepisset, eundemque ingratitude redarguit, exclamans: *Quis hæc digne lamentari queat? rara est fides, & meritorum recordatio. Opibus Ecclesiæ persæpe Ferdinandum juvit Pius II; Nec inclementer multa in Regem Paulus II. Quid oro, clementissimum? Audire nunquam passus est hostium de illo consilia. Remisit census; dedit Sacerdotia, Præsulatus contulit, Caraffam Archiepiscopum Neapolitanum ad ejus voluntatem creavit Cardinalem Romanæ Sedis. Hæ sunt illæ rationes, quæ juxta Cardinalem Papiensem Ferdinandum permovere debuissent, ut pari studio summi Pontificis causam tueretur, in qua tamen ambitio, & privati quæstus cupido potiores partes quam ipsa æquitas tenebat.*

## §. XLVIII.

*Origo Diffensionum inter Paulum II,  
& Ferdinandum Neapolis  
Regem.*

**P**rinceps Soranus, cum Andegavenses adversus Ferdinandum propugnasset, a Pon-



a Pontificis exercitu oppressus, ægre pacem obtinuit, ea lege, ut ejus Principatus Romanæ Ecclesiæ relinqueretur, nec unquam Regis Neapolitani ditionibus accenseretur. Ferdinandus, licet ipse conditionem assensu suo firmasset, nihilominus postquam Calabriae Ducem expulerat, sibi que totum Neapolis regnum vendicaverat, conventionis immemor, Soranum Toparchatum a summo Pontifice Paulo II. repetiit.

Sæcul. XV.  
A.C. 1468.

§. XLIX.

*Papæ exercitus ab obsidione Ariminensi per Ferdinandum præpeditus.*

Ferdinandus, cum hanc ditionem a Pontifice precibus impetrare desperaret, armis contendere decernit, ac Robertum Malatestam in fidem, suumque patrocinium recipit. Hic Filius erat spurius Sigismundi, ac defuncto ejus Patre tanta dexteritate benevolentiam Pontificis aucupabatur, ut Ariminensem Toparchiam ab eo impetraret, eo pacto, vi cujus illam nonnisi ad tempus, & salvo Romanæ Ecclesiæ pleno jure ac Dominio possideret. Verum Robertus eam penitus suæ subjecit potestati, atque ejecta socru sua totum se Ferdinandi præsidio commisit. Hic vero Pontificis copias, quæ

U 2

Arimi-